Universitätsbibliothek Paderborn

Practica Cancellariae Apostolicae Cvm Stilo Et Formis In Romana Cvria Vsitatis

Paulus, Hieronymus

Venetiis, 1572

Nota alia euidentialia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10350

Visual Library

ſcope cum eorum al tero ea nihilominus exequamini.

ſtolicos diffundamus iugiter excogitatus. Hinc eſt, quòd nos cupien. de vno Canonicatu, vna preben. & dignitate, perſonatu, adminiſtratione, vel officio Eccleſiæ N. quos per ceſſum, vel deceſſum, aut dimiſſionem, vel aliàs qualitercunque vacare contigerit, per nos, vel ſedem Apoſtolicam perſonę idoneę, prouideri motu proprio.

Reſeruatio canonicatus, & præb. ac digni. Eccleſiæ cathedralis primo vacaturum.

Et ſi omnium Eccleſiarum, ac Canonicatuum, & præbendi aliorumq; beneficiorum Eccleſiaſticorum, tam cū cura, quàm ſine cura, plenaria diſpoſitio ad Roma. pontificem pertinere noſcatur. Nonnunquam tamen idem Pō tifex, priuſquàm vacent ſuæ, & ſedis Apoſtolicæ diſpoſitioni, ac collationi ſpecialiter reſeruatum, & de illis cū vacant per dictæ ſedis prouidentiam ſalubriter valeant prouideri. Cupien. igitur &c.

Aliud procœmiū. Rom. pontifex, ad quem omniū beneficiorū Eccleſiaſticorū diſpoſitio p tinet, non nulla ex eis prius quàm vacent, ſuæ & ſedis Apoſtolicæ diſpoſitioni quãdoq; reſeruat, vt de illis cum

Nota alia euidentialia.

NOta, quando impetrans petit ad collationem ordinarii, tunc ſcribitur Iudici eiuſdem Diœceſ. aliàs ſcribitur ordinario, niſi impetrans per annū ſtetiſſet in Cu. tunc enim ſcribitur tribus iudicibus, & poterit Iudex ſcribere proceſſum in curia Nec ponitur illa clauſula, ꝙ ſi tu præſentes, ſed illa, ꝙ ſi non omnes Quando ponitur in communi forma ad collationem Epiſcopi ſemper dantur tres iudices, & Epiſcopus in illo caſu non poteſt eſſe aliquis eorum.

Si ſit diſpenſatum ſuper defectu natalium, dicitur ſic, cū quo aliquas, vt non obſtan &c vel cum quo dudū ſuper defectu natalium &c. vel qui, vt aſſerit Alii ponūt defectus poſt verbum, videlicet, poſt non obſtan beneficiales.

Quandocunque in communi forma pauperum Iudices dantur pro non graduatis, tunc oportet omnes illos tres, vel in partibus, vel in curia tantum accipere.

Nota, quòd omne beneficium eſt incomparabile cum iſta forma, de ſe: ſicut, religioſis quodlibet beneficium eſt incomparabile per ſe, licet non per accidens, videlicet, per commendam, vel &c.

Nota tamen, quòd vigore regularum Cancellarię Apoſtolicæ,

ſtolicæ, beneficium minoris valoris quàm xxiiii. non facit incomparabile.

vacant per ſui & dictæ ſedis proui dentiã ſa lubris va let proui deri. hinc eſt &c.

Quando impetrans aliquod beneficium obtinet, debet ſequi hæc clauſula. Volumus autẽ, ꝙ idem clericus quàm primum vigore præſentium beneficium aliquod fuerit pacificè aſſecutus, præfatam parochialẽ Eccleſiam, quam, vt prefertur, detinet, & quam extunc vacare decernimus, omnino dimittere teneatur, quòd ſi tu præſentes literas &c.

Nota, quando ſcribitur tribus iudicibus, videlicet, ſi impetrans petit ad collationẽ Epiſcopi, vel per triẽnium fuit in curia &c. Et impetrans aliquod beneficium obtinet, tunc poſt verbum teneatur, ponitur hæc clauſula. Nos enim præfato Archiepiſcopo, vel Epiſcopo ne de beneficio huiuſmodi &c. vſque attentari. Et ſequitur tunc clauſula, quæ ſemper ponitur in hoc caſu, quòd ſi non omnes his exequendis potueritis intereſſe, duo veſtrum ea nihilominus exequantur. Si autem impetrans nihil habet &c tunc poſt illa verba, mentio ſpecialis dicitur Nos enim præfato Epiſcopo, vel Archiepiſcopo ne de huiuſmodi beneficio &c. vſque, quòd ſi non omnes &c.

Communis forma pauperum.

Venerabili fratri Archiepiſcopo Maguntinen.

Dilecti filii N. de N. pauperis clerici N. Diœceſis apud ſedem Apoſtolicam conſtituti ſupplicationibus inclinati, fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus de vita & conuerſatione ipſius clerici, qui, vt aſſerit, beneficium aliquod Eccleſiaſticum non obtinet, & quem per certos examinatores ſuper hoc deputatos à nobis, de literatura examinari fecimus diligẽter, quiq; in illa repertus eſt idoneus ad beneficium Eccleſiaſticũ obtinendũ ſolerter inquirentes, ſi eum vitæ laudabilis, & honeſtę cõuerſationis eſſe repereritis, & aliquod beneficiũ Eccleſiaſticũ nõ obtineat, aliudq; Canonicũ nõ obſiſtat, ei de aliquo beneficio Eccleſiaſtico cũ cura vel ſine cura cõſueto ab olim clericis ſecularibus aſſignari, dũmodo ĩ cathedrali

Similimo do Patriarchæ, & Epiſcopo. Clerici Diaconi, vel Subdiaconi, mutatis mutandis, & nõ debet poni

Eccleſia